UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Ezechiele p[ro]pheta. Cap[itulum]. xli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Perpetuus epus tu-
ronenſ. admirande ſanctitatis vir
extitit. Cuius opere tẽplũ ſuper
corpus ſancti Martini epi perfe
ctum eſt. Eiuſq; ſacra membra de
loco vbi fuerant primitus tumulata ad locũ vbi
nunc venerãtur cõdigne tranſlata ſunt. Huius
depoſitionis dies recolitur. vi. idus aprilis: vt
in martylogio ſcribitur vſuardi ⁊ adonis.

¶ De ſancto Procoro diacono ⁊
martyre. Cap. xxxix.

Procorus diaconus
⁊ martyr de. vij. primis q ab apo-
ſtolis electi ſunt: vt dicit. Actuũ
vi. vir fide ⁊ miraculis preclariſ-
ſimus apud antiochiam paſſus
eſt: vt dicit hieronymus in martylogio. Hic vt
ipſemet de ſe ſcripſit nepos fuit ſancti ſtepha-
ni prothomartyris ⁊ comes iohannis euange-
liſte cum ad predicandũ miſſus fuiſſet in aſiã:
cum quo multo tẽpore manẽs factus eſt epus
nicomedie bithynie: vbi poſt multorũ conuer-
ſionẽ ab eodem apoſtolo miſſus eſt antiochiam
ad predicandum: vbi martyrio coronatus vitã
finiuit. v. idus aprilis: ibiq; in pace quieſcit.

¶ De ſanctis ſeptem virginibus
⁊ martyribus. Cap. xl.

Septẽ virgines ⁊ mar
tyres ſacratiſſime apud ſirinium ci-
uitatem martyrium paſſi ſunt. Que
dato ſimul precio ſanguis vitã mer
cate ſunt eternã. v. idus aprilis: vt ſcribit ado.

¶ De ſancto Ezechiele ꝓpheta. Cap. xli.

Ezechiel ꝓ-
pheta terti⁹ ex qt-
tuor maiorib⁹ qui
eccleſiaſtici. xlix. capitu. inter
ſanctos priſci temporis ex-
preſſe commemoratur: fuit o-
riundus de terra ciſore filius
buzi: ſacerdos ⁊ ipſe ſicut hie-
remias de genere ſacerdotũ.
Hic in babylonem ductus eſt
cum ioachim rege iuda ⁊ mardocheo a nabu-
chodonoſor rege poſtq; daniel ⁊ ſocij eius tres
pueri iam tranſlati fuerant. Habitauitq; Eze-
chiel iuxta fluuium chobar: qui in anno. xxx.
etatis ſue in quinto anno tranſmigrationis io-
achim in quarto menſe in quinta die exoſus eſt
prophetare ad concaptiuos. ¶ Eodem autem
tempore prophetauit quo et hieremias: licet
hic poſterior: et ille in iudea: hic in chaldea.
Cauſa autem eius ꝓphetie fuit hec. Legerãt
enim iudei in epiſtola hieremie ſibi directa du-
raturam captiuitatem. lxx. annis. Et ideo fle-
bant exilij prolongationem. Preterea mur-
murabant aduerſus dominũ: q fraudulenter
eos de terra ſua eieciſſet. Dixerat enim per os
hieremie prophete remanentes hieruſalẽ peri-
turos: eis xͦo q ſe traderẽt ſeruo ſuo nabucho-
donoſor bona pollicebatur. Nunc in contrariũ
res relapſa erat. Florebãt enĩ qui remanſerãt:
⁊ ipſi iugo ſeruitutis premebãtur. Erant quo-
q; inter eos: qui dicerent: quia dum ſeruierant
militie celi bonis omnibus abundabãt: ex quo
ceſſauerant perierent gladio fame ⁊ peſte. Ad-
huc prophetauit ezechiel euerſionem vrbi hie-
ruſalem ⁊ templo dñi incendium imminere: et
eos qui remanſerant in vrbe fame perituros et
extra vrbem gladio: eos autem qui viui trahe-
rentur grauem paſſuros ſeruitutẽ: ipſos autẽ
in pace quaſi libera ſeruitute mãſuros. Ut aũt
auctoritatem preberet ezechieli: dñs preoſten-
dit ei quaſdam viſiones ſimilitudines: ſcilicet
hominis: leonis: vituli: ⁊ aquile. Non ſolum ad
preſignandum euangeliſtas: ſed vt oſtenderet
deum iſrael dominum eſſe totius creature per
hec digniora omne animal creatum intelligẽs.
Homo enĩ preeſt ceteris animãtib⁹: aquila rex
eſt auium: leo ferarum: bos iumentorum. Sub
animalibus xͦo vidit rotam in medio rote: vt
oſtenderet circũuolutionẽ omnium elementoꝝ
in domini eſſe poteſtate. Et ſuper hoc vidit fir
mamentum coloris ſaphirini: ⁊ ſuper firmamẽ
tum erat ſimilitudo throni: et ſuper thronum
quaſi aſpectus hominis ⁊c. que in eius prophe
tia longa narratione ⁊ ſubtili viſione texuntur.
¶ Poſtq; autẽ hieruſalem deſtructa eſt ⁊ tẽplũ
combuſtũ: ⁊ iudei in captiuitatẽ babylonis cũ
ſedechia rege trãſlati: nũci⁹ venit ad ezechielẽ:
in babylonẽ q hec ei narrauit de quo nũcio ven
turo ipſe predixerat veſpere precedenti. Et tũc
iudeis lamentantibus q ſpes eorum periſſet:
⁊ q omnino nũq; reſurgeret: prophetauit eis:
q dominus eos tolleret de omnibus gentibus
⁊ congregaret de terris: ⁊ reduceret ad terraꝫ
ſuam. Et preterea in cõſolationem gentis ſue
predixit eis calamitates futuras circunſtan-
tium nationum que eis aduerſate fuerant. ſ. fi-
liorum amon: moab: edom: philiſtinorũ: tyri:
ſidonis: egypti: ⁊ ethiopie. ¶ Iſte propheta ſi-
gnum dedit populo in fluuio chobar: vt quãdo
deficeret: ſuſtinerent deſolationem terre ſue.
Tuncq; ſperarent ad hieruſalẽ quando inũda-
ret. Cum autẽ conueniret plurima multitudo
captiuorũ ad fluuiũ chobar: ⁊ chaldei rebellio
nem timerent irruerunt ſuper eos. Ipſe xͦo ꝓ-
pheta precibus ſuis ſiſtens aquas fluminis ſu-
per aquas ambulans cũ omni multitudine ad
alteram ripam ſe recepit. Et quotquot eũ pre-
ſumpſerunt ſeq ſubmerſi ſunt. Et per orationẽ
ſubito largã piſcium copiam eſurienti populo
preſtitit ad veſcendũ. Sepe quoq; multis defi
cientibus vitam reſtituit. ¶ Poſtea xͦo in chal-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dea conſtitutus inter concaptiuos legis tranſgreſſores iudicauit: ⁊ precipue quoſdã de tribu dan ⁊ gad ꝙ in deum committerent impia: legis perſequendo cuſtodes ⁊ fecit: vt dicit epiphanius contra eos prodigiũ magnũ: quia filij eorũ ⁊ vniuerſa pecora a ſerpentibus perierũt. Et predixit: ꝙ tribus ille non reuerterẽtur ad propria: ſed in medie regionibus remanerent. Ob hoc exacerbati diſtraxerunt euz equis per crepidines ſaxorũ: ⁊ excerebrauerũt eum. Sepelierũtq; eum in ſepulchro ſem ⁊ arphazath in ſpelũca duplici. iiij. idus aprilis. Hec hieronymus ⁊ ioſephus ⁊ ex hiſtoria ſcholaſtica atq; ex chronica gulielmi.

¶ De ſanctis pluribus martyribus. Cap. xlij.

Martyres plurimi fuerunt illi: qui cuz ſancto alexãdro papa in eodẽ carcere tenebantur incluſi ſub cuſtodia quirini tribuni: de quo ſupra actum eſt. iij. kalen. aprilis. Qui cuz vidiſſent qualiter ſanctus alexãder papa quirini filiam a gibbo ſanaſſet: ⁊ verba eius predicationis audiſſent: omnes ad Xp̃m conuerſi ſunt: ⁊ a ſanctis preſbyteris euentio ⁊ theodolo baptizati: ⁊ ab eodem pontifice confirmati. Et cum quirinus eis carcerẽ aperuiſſet: vt abirẽt ſoluti: noluerũt abire: martyrij gloriã expectantes. Poſtq̃ autẽ aurelianus princeps quirinum tribunum martyrizari fecit: ⁊ hos omnes chriſtianos effectos cognouit: vetuſte naui impoſitos in altum mare deduci iuſſit: ⁊ illic ligatis ad colla lapidib9 in profundũ demergi. Qui paſſi ſunt. iiij id. aprilis.

¶ De ſancto apollonio preſbytero ⁊ martyre ⁊ socijs martyribus. Cap. xliij.

Apollonius preſbyter et martyr: vt ait hieronymus in vitis patrum: dum vitã magnificaz ſanctitatis inter monachos egiſſet: ⁊ ſacerdos ordinat9 eſſet: perſecutionis tempore chriſtianos circuiens hortabatur. Qui tentus a paganis ⁊ in carcerẽ miſſus a quodam philemone cuſtode maximis conuitijs exprobrabatur. Quem tandem apollonius exẽplo ſue mirabilis patientie ad xp̃m conuertit. Dum autẽ philemon corã populo et iudice ſe xp̃ianum eſſe clamaret: multis ab eo tormẽtis cruciatus eſt. Cum ꝟo deceptorẽ hui9 apolloniũ didiciſſet: ip̃m coraz ſe ductũ vna cũ philemone ignibus tradi iubet. Sed flamma illos in modũ clibani circũdante nubes rorida de celo veniens ignem extinxit: ⁊ vterq; omnino illeſus exiuit. Quo miraculo iudex cuz multis de populo crediderunt. Hoc autẽ dum alexandrie prefectus audiſſet apollonium ⁊ philemonẽ ac oẽs chriſtianos effectos in profundo maris demergi fecit: qꝺ ſanctis illis baptiſmum fidei reportauit. Qui paſſi ſunt. iiij. idus aprilis. Quorum omnium corpora ab vndis ad litt9 deiecta a xp̃ianis alexandrie digno ſunt honore tumulata: vbi multis miraculis clarẽt.

¶ De ſancto Philippo epiſcopo creteñ. Cap. xliiij.

Philippus epiſcopus creteñ. vrbis cortine. Cuius meminit dionyſius in epiſtola ſua: quã ſcripſit ad eccleſiam ipſius ciuitatis: inſignem aduerſus martionem edidit librum magniſq; virtutibus et optimis ſtudijs preditus fuit. Floruit quoq; temporibus antonini veri: ⁊ lucij aurelij imperatorũ. Qui vita et doctrina clarens in ipſa ciuitate: quieuit in chriſto. iij. idus aprilis.

¶ De ſancto Euſtorgio epõ. Cap. xlv.

Euſtorgius epiſcop9 natione grecus ab imperatore cõſtantinopolitano legat9 ad mediolanenſes miſſus eſt. Qui tantum gratus extitit ciuibus: vt ipſo inde redeunte: cum ſedes vacaſſet ipſum archiepiſcopum eligerent. Sed ille incõſulto principe electioni noluit conſentire. Sicq; conſtantinopolim redijt et imperatori quod factum fuerat nunciauit. Imperator ꝟo gratiſſimum habuit eumq; conſecrandum mediolanum remiſit. Inſuper trium magorum corpora in arca maxima ſepulta: dudum de perſide cõſtantinopolim adducta euſtorgio pro munere conceſſit: que ſanctus in naui vſq; ad portum detulit. Cum autem arcam cum corporibus currui impoſuiſſet: ⁊ iunctis pluribus paribus boũ eaz trahere nõ poſſent: diuina reuelatione due ſole iuuence paupercule mulieris deuote plauſtro appoſite leuiſſime currum trahebant: quarum vnam in itinere lupus occidit. Moxq; ſanct9 epiſcopus lupo mandauit: vt vicẽ iuuence mediolanuz vſq; suppleret. Statimq; lupus oĩ depoſita feritate menſuetus vehiculo ſe exhibuit ⁊ iũctus vna cũ alia iuuẽca mediolanũ curruz pertraxit vbi ſanctorũ magorũ corpora tumulata quieuerunt vſq; ad tẽpus federici imperatoris cognoĩe barbaroſſa. Quo tp̃e mediolano euerſo arca dimiſſa ſctõꝝ corpã coloniã tranſlata ſunt. Sanctus aũt euſtorgius in pontificem cõſecrat9 poſt laudabilia ſctitatis opa in dño quieuit mediolani ſepultus. iij. idus aprilis.

¶ De ſancto Iulio papa ⁊ ꝯfeſſore. Cap. xlvi.

Iulius papa natiõe roman9 ex patre ruſtico marco ſecũdo romão põtifici in epatu ſucceſſit: ⁊ ſedit annos. xi. mẽſes ij. dies. viij. Hic cõſtituit vt null9 cleric9 ad cauſam in publico ducat nisi in eccleſia: